qui de illustribus ...
orum operum conscripsit et si qua alia digna memoria putavit an
tiquitas. que universa in sibi libris cum summa brevitate ...

Sex diebus rerum creaturam deus formavit. Primo die condidit
lucem. secundo die firmamentum tercio speciem maris et terre qu
arto sidera. quinto pisces et volucres. Sexto bestias et iumenta
et novissime ad similitudinem suam fecit primum hominem Adam. A
condicione et mundi creacione usque ad diluvium secundum quosdam
anni 2242. secundum hebraicam vero veritatem mille sexcenti qui
quaginta sex in quibus annis adhuc rudi et simplici hominum natu
ra non reges sed familiarum capita suo in genere erant quorum
ordo huiusmodi fuit. Adam anno vite sue
xxx. genuit Seth qui pro Abel natus est. interpretatur que resu
rrectio. quia in eo resuscitatum est semen iustum quod est stirps fili
orum dei quem cum esset vir egregius imitatores sui filios reliquit
qui disciplinam rerum celestium et ornatum eorum primitus inve
nit Adam vero cum esset annorum nongentorum xxx mortuus est et
rerum summam filio suo Seth reliquit

Seth anno vite sue centesimo quinto genuit Enos vivente
Adam et habente annos ducentos xxxv. Hic Enos cepit sive
ut sanctus Augustinus iuxta translacionem aliam dicit speravit invocare
nomen domini. Cumque vixisset Seth annos nongentos xii mortuus est

Enos anno vite sue nonagesimo genuit Cainan qui
interpretatur natura dei vivente adam et habente annos ccc
xxv. Cumque esset Enos annorum nongentorum v mortuus est

Cainan anno vite sue septuagesimo genuit Malaleel
cuius nomen interpretatur plantacio dei vivente adhuc adam
et habente annos ccc xxv. Cainan autem postquam vixit annos
dcccc et decem mortuus est

Malaleel anno vite sue lxv genuit Jareth qui interpretatur
descendens sive superans adam adhuc vivente et habente
annos cccc lxv. Ipse autem Malaleel cum vixisset annos dccc xcv
mortuus est. Jareth anno vite sue clxii geni
uit Enoch adhuc vivente ad dcxxii annos habente Jareth autem